Massoch. Dialogus Sapphicus.
1852

DIALOGUS SAPPHICUS

ECCLESIAE CHRISTIANAE

CUM

MUNDI SALVATORE

A

DOCTORE MASSOCH HUNGARO

COMPOSITUS,

ET

NOVI EBORACI

VIII CALENDARUM APRILIS

1852

PUBLICAE LUCI

EDITUS.

DIALOGUS SAPPHICUS

ECCLESIAE CHRISTIANAE

CUM

MUNDI SALVATORE,

A

DOCTORE MASSOCH HUNGARO

COMPOSITUS,

ET

NOVI EBORACI

VIII CALENDARUM APRILIS

1852

PUBLICAE LUCI

EDITUS.

"I am my beloved's and my beloved is mine; he feedeth among the lilies."

Song of Solomon, Chap. VI. v. 3.

PREFACE.

In no country of the world, is the Latin Language more in use and more cultivated than in Hungary. The Clergy of all denominations, the physicians, jurists, students, statesmen and military officers, all speak the Latin Language fluently. The Latin idiome is the only medium for communicating ideas amongst the several and different races in that part of Europe.

In the last struggle, this "Sacrum Palladium," was in great danger. The revolutionary government had decidedly resolved, "That the Magyar language should be the principal and ruling language in that country!" This premature and violent measure had provocated all the other races into the most sanguinary contest, the fatal consequences of which, are already before the world.

The style in the present Ode, is very easy and clear, but by no means so audacious and swelling as we find it in some lyrical songs of Horace; the

reason of it is because he was a heathen, but the Christian Church, being the humble servant of the mildest King of Heaven and earth, cannot converse with his Lord and Master, but in a manner consistent with his Gospel.

Finally: the metrical dimension of every line and strophe was strictly observed.

THE AUTHOR.

DIALOGUS SAPPHICUS.

CHURCH.

Quae mihi coelis data sunt ab altis,
Et manent libris revelata sacris,
Haec meus spargit fremebundus ardor
Dogmata terris.

Sed meum pectus quatitur dolore,
Et simuel tangor nimio calore,
Quod meas sanctas temere refellit
Turba* loquelas.

* Turba, leviathan, hydra, nebulo, leo, draco, etc , are the enemies of the Gospel, of whom see, Philipp. III. v. 18. 19., 1 Tim. IV. v. 1. 2 Tim. III. v. 2, 3, 4, 5., item IV. v. 3, 4. 2 Thess. II. v. 3, 4, 9, 10. 2 Petri II. v. 1, 2. III. v. 3, and in other places of the Scripture.

Et meas puras Leviathan aras
Spernit, ac hortum loliis refercit:
Hic simul miscet glomeratque furvas
Tritico spinas.*

Quis potest istas nebulonis artes
Ferre, vel technas animo tacere,
Dum suo garrit, tumidusque spargit
Scandala mundo?

JESUS.

Est tibi notum pia sponsa totum,
Mundus et quod me tutudit priorem,
Quodque sacratis benemulta fixit
Vulnera membris.†

Hydram, quae nigros modo torva rhamnos
Tritico miscet, die jam furoris
Flamma depascet: revehamque sancto
Tritica tecto‡

---

* Matth. XIII. v. 25, 38, 39. † Jo. XV. v. 18, 20.
‡ Mich. V. v. 14. Matth. XIII. v. 30, 40, 42.

Atque dum tempus veniet paratum,
Ac erit multum sceleris patratum,
Tunc egò pastor rutilabo toti.
Splendidus orbi.*

Tunc ego clava quatiam bisulca,
Callidum mundi stolidum draconem,†
Et simul claris peramoena reddam
Praemia factis.‡

Tunc erit pastor simul ac ovile
Unicum : fiet requiesque paxque ;
Agnus et tigris recubabit una
Tutus in umbra.§

Linque tu coecas hominum catervas,
Atque turgentes populi sophistas ;
Namque per cunctas malesana tollam
Scandala terras.||

---

* Matth. XVI. v. 27. XXV. v. 31. Revela. XIX. v. 11. et sqq.
† Jo. XII. v. 31. 2 Thess. II. v. 8. Revela. XIX. v. 20.
‡ Matth. XVI. v. 27. Rom. II. v. 6, 7. 1 Cor. III. v. 8. 2 Cor. v. 20.
§ Jo. x. v. 16. Es. ix. v. 5, 6, 7. xi. v. 6, 7. Mich. II. v. 12. IV. v. 3.
|| 2 Tim. IV. v. 3, 4. Coloss. II. v. 8. Matth. xiii. v. 41.

Tu mihi, quaeso, maneas fidelis,
Virgo servatrix fidei perennis !
Tu mihi primum retineto magnum
Foedus amoris.*

Charitas certe est fidei columna—
Orbus hac fiet levior sonante
Cymbalo : nec non strepitantis instar
Fusilis aeris.†

Ut genus noscunt avium per alas :
Sic fidem probant solidos per actus ;
Noscitur semper bona dulcoratis
Fructibus arbor.‡

Sicque sanctarum studiosa rerum,
Provehas magni populi salutem,
Ac simul serva benedicta sanctae
Vincula pacis.||

---

* Jo. xv. v. 12. Rom. xiii. v. 10. Galat. 14, 15. Eph. v. 2. Philipp. II. v. 1, 2. s99. Coloss. III. v. 14. 1 Petri I. v. 22. IV. v. 8, 9. 1 Tim. I. v. 5.

† 1 Cor. xiii. v. 1, et s99 ‡ Matth. VII. v. 16 et 17. xii. v 33

|| 1 Cor. I. v. 10. xii. v. 13. Coloss. III. v. 15. IV. v. 6. Eph. IV. v. 3, 4, 31, 32. Philipp. II. v. 1, 2, 3, 4. 2 Tim. II. v. 24.

Quas dedi sacras tibi sponsa leges,
Atque coelestis pia verba Patris,
Tu diu noctu vigilans per almum
Spargito mundum.*

Si quis in sanctis remigabit undis,
Et simul verbum capiet salutis,
Hic mihi vivet rutilans in alto
Fulgidus axe.†

Atque pro sancta populi salute,
Et simul regum solida quiete,
Ad Deum coeli diuturna funde
Et pia vota.‡

* Jo. vi. v. 38. vii. v. 16. xii. v. 49, 50. Matth. xxviii. v. 19, 23. Marc. xvi. v. 15. 1 Thess. V. v. 5, 6.

† Marc. xvi. v. 16. Jo. iii. v. 18, 36. V. v. 24. vi. 40, 47. xi. v. 25, 26.

‡ Ephes VI. v. 18. Coloss. IV. v. 2, 3. 1 Tim. II. v. 1, 2, 3. 1 Thess. V. v. 17.

CHURCH.

Quas mihi dictas, pie doctor, artes,
Has ego semper studiosa fovi,
Ac diu noctu vigilare feci,
Lunina mentis.

Et tuos agnos sine lite pavi,
Et minas saevi fugiebam belli,
Et simul sanctum flagitans adursi
Foedus amoris.

Reddo felices domini clientes,
Et volo ut cuncti peragant labores;
Liber* ut legum venerandus omni
Fulgeat orbi.

Semper in sanctis operosa rebus,
Proveho magui populi salutem,
Et malos flecto, vacuosque noxa
Suggero mores.

---

* Liber legum, is the Gospel.

Atque pro sancta populi salute,
Principum terrae solida quiete,
Ad Deum coeli diuturna fundo,
Sanctaque vota.

Dumque sic artes recolo supernas,
Snmque coelestis satagens laboris,
Tu meos nisus, pie pastor, orna,
Facta corona.

Tu tuos servos retineto tutos,
Atque credentes populos beatos,
Tuque multorum fremitum leonum
Sparge per Euros.

Jura pacatis dominentur agris,
Jura compescant grave classicorum
Murmur: et currus et hiulca crudi
Fulmina belli.

Robora vires, bone pastor, et fac,
Ut queam sanctos solide labores
Exsequi: nec non cumulare multis
Templa triumphis.

Sit meum pectus solidum potensque,
Cingulo cinctum fidei beatae;
Ut tibi multos glomerare possem
Cantica, psalmos.

Ut canam robur radiantis agni,
Qui micat sceptris, rutilat coronis,
Quem Deus clari cumulavit alto
Munere coeli.*

Sicque coelestem celebro parentem,
Canto virtutes domini supernas,
Et simul flendo simulac ovando
Gaudia pando

*Revelations I. v. 16; V. v. 6, 7, 8, 9; Actor. V. v. 37, et alibi.

JESUS.

O ! mihi sanctis veniens ab oris*
Sponsa, perfecto redimita serto,†
Tu mihi suavis, simul ac perennis
Foederis arca.

Tuque coelestis decus es parentis,
Virginum virgo nivei pudoris,
Tu mihi vives rutilando cunctis
Florida seclis.

Sicut in celso radiante coelo,
Lucifer splendet, sive pulcher undis
Surgit Eois, rutilatque claro
Titan in igne ;‡

* From the Oriental countries ; from the Holy City, Jerusalem.
† Song of Solomon, IV. v. 1, 7 ; Eph. V, v. 27 ; 2 Cor. xi. v. 3.

Sicut aut vasto spatiosa mundo
Emicat splendens facies per omnes
Sidcrum motus, radiatque plenis
Cynthia signis;‡

Sic tibi vultus, tibi sic serena
Fulget in terra facies, labrisque
Defluit nectar, placidaque ridet
Gratia fronte.‡

Et tibi firmis nititur columnis
Arx potens celso relevata monte:
Huc fluent gentcs, simul atque cunctus
Jucola mundi.*

Se tibi grandis sociabit orbis,
Et fides sacris gloriosa templis
Alta florebit, venietque magno
Gloria regno.†

‡‡‡ Song of Solomon, VI, v. 9. Cap. IV, v. 11; VII, v. 4, 5.
* Es. II, v. 2, 3, 4. Mich. IV, 1, 2, 3. Sach. VII, 20, 21.
† Es. lx, v. 1, 2, 3, 4. Revelations xxi, v. 24, 25, 26.

